



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Et maximè domui Romanæ. 123

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

verò vnum hic in locum cōijcie-
 mus, quicquid gerendarum re-
 rum variè per eos annos illum
 exercuit. 123 Primæ illius curæ
 fuerunt domum Romanam con-
 stituere, quæ deinde velut parens
 tantam sobolem orbi parturiret:
 indidem alumnos suos quaquã
 versum emittere, eosque optimis
 legibus formare, quò in concio-
 nibus operam se dignam facerēt.
 Nec fefellit illum hic suorum la-
 bor. Passim ita se bonis omnibus
 insinuauère, vt desiderio accensi
 multi identidē Collegia flagitare,
 & socijs ciuitatem offerre prope-
 rarēt. Quibus ille, quæ visum est,
 opportunissima auxilia submitte-
 bat. Indeque modicam familiam,
 cum bono Deo, ad hanc amplitu-
 dinem breui perduxit. Sed quan-
 do haud obscurum erat, id stude-
 re malum dæmonē, vti, pro suo in
IGNATIVM sociosq; odio, magnas
F 2 vndi-

vndique turbas conciret, quibus
 cæpta eorum consilia eluderet:
 occupandum sibi illius conatum
 duxit I G N A T I V S: vltroque in
 aciem prodire, ac bellum ei face-
 re maturauit: & quantum ille
 mentiendo niti; tantum ipse pro
 vero ac bono propugnare. 124 I-
 gitur præter multarum rerum o-
 nera, quibus succumbere quan-
 tiuis humeri potuissent: insuper
 ad hoc serio incubuit, vt flagitia,
 si quæ irroborârant, vrbepelle-
 rentur: curauitque illorum vicem
 præclara scita virtutibus inferen-
 dis fieri. Quemadmodum fuit,
 ne quis medicinam ægris prius
 faceret, quàm piaculari se con-
 fessione lustrassent: ex edicto In-
 nocentij III. 125 Tum præterea,
 vt ædes conderentur, quò rece-
 ptum haberent, si qui de Iudæis
 aut barbaris ad Christum tran-
 scribi vellēt. 126 Nec non & Col-
 legium